

NvK verkündet den päpstlichen Auftrag zur Prüfung und Bestätigung der Union der Trierer Stände. Da er von Seiten der Grafen, Adligen, Vasallen, Getreuen und Untertanen, der Stadt Trier und der Gemeinden anderer Städte und Orte und der ihnen anhängenden Welt- und Ordensgeistlichen der Trierer Kirche und des Trierer Landes um Erfüllung des apostolischen Auftrags gebeten wurde, habe er zur näheren Untersuchung einige vornehme Prälaten, Adlige und Bürger des Trierer Landes über die in der päpstlichen Bulle genannten Artikel befragen lassen und den Rat von Rechtsgelehrten eingeholt. Er bestätigt den ersten und dritten Artikel. Bezüglich des zweiten Artikels hält er keine Bestätigung für geboten, da der neu gewählte Trierer Erzbischof bereits von alters her schwören müsse, die Rechte und Privilegien der Trierer Kirche und seiner Untertanen zu bewahren, und da dies bereits durch notarielle Urkunden bestätigt worden sei. Die Billigung darüber hinaus gehender und künftiger Beschlüsse der vorgenannten Trierer Stände behält er sich vor.

Or., Perg. (Kardinalssiegel an Seidenschnur): KOBLENZ, LHA, 1 A 8346 (durch Mäusefraß beschädigt).

Kopie (15. Jb.): KOBLENZ, LHA, 623, 309.

Ern.: Rossmann, *Betrachtungen* 429; Stramberg, *Rheinischer Antiquarius II* 5, 654; Lager, *Johann II. von Baden* 14; Meuthen, *Trierer Schisma* 260 Anm. 211; Meuthen, *NvK und der Laie* 121; Böhn, *Pfalz-Valdenz* 102; Kerber, *Herrschaftsmittelpunkte* 83; Hensel-Grobe, *St.-Nikolaus-Hospital* 54.

Nicolaus miseracione divina tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte Romane ecclesie presbyter cardinalis, executor unicus ad infrascripta a sede apostolica specialiter deputatus, universis, ad quos presentes nostre littere pervenerint quosque infrascriptum tangit negotium seu tangere poterit quomodolibet in futurum, quibuscumque
 5 nominibus censeantur aut quacumque prefulgeant dignitate, salutem in domino et presentibus fidem indubiam adhibere. Litteras¹⁾ patentes sanctissimi in Christo patris et domini, domini nostri Calisti divina providentia pape tercii eius vera bulla plumbea cum cordula canapis more Romane curie impendente bullatas, sanas, integras et illesas, non viciatas, non cancellatas neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni
 10 prorsus vicio et suspicione carentes unacum brevi²⁾ eiusdem domini nostri clauso et anulo sanctitatis sue consignato, nobis pro parte spectabilium nobilium et prudentium virorum comitum, nobilium, vasallorum, fidelium et subditorum ac civitatis necnon universitatum, opidorum et locorum eisque adherencium, ecclesiasticorum, secularium et regularium ecclesie et patrie Treverensis in eisdem litteris principaliter nominatorum
 15 coram notario publico et testibus infrascriptis presentata, nos cum ea, qua decuit, reverencia noveritis recepisse. Quarumquidem litterarum patencium bullatarum talis erat tenor: (*Es folgen als Insert Nr. 5054 und 5091.*)

Factis itaque coram nobis et per nos presentacione et recepcione, ut premittitur, litterarum apostolicarum tam patencium quam clausarum predictarum fuimus pro
 20 parte prenominatorum comitum, nobilium, vasallorum, fidelium, subditorum, civitatis, universitatum, opidorum et locorum eisque adherencium, ecclesiasticorum, secularium et regularium multa cum instancia requisiti, quatenus ad earundem litterarum apostolicarum et in illis contentorum execucionem iuxta traditam seu directam per eas a sede apostolica nobis formam procedere dignaremur. Nos igitur, Nicolaus cardinalis et
 25 executor prefatus, volentes mandatum apostolicum nobis directum reverenter exequi, ut tenemur, pro nostra informacione pleniore nonnullos prelatos nobiles atque cives

prestanciores patrie Treverensis super articulis in preinserta bulla apostolica expressis
examinari fecimus.³⁾ Et quia ex publico instrumento per tres notarios publicos super
depositione examinatorum confecto necnon litteris unionis, de quibus prefate littere
apostolice mencionem faciunt, coram nobis productis per longam et maturam delibe- 30
rationem, communicato nobis peritorum et doctissimorum virorum consilio, compe-
rimus primum et tercium sive ultimum articulos⁴⁾ iuri scripto conformes atque iustos
in dei, domini nostri pape apostoliceque sedis honorem atque patrie Treverensis pacem
et utilitatem notorie continere. Ideo illos in ea forma, qua prefatis apostolicis litteris
inseruntur, auctoritate apostolica, qua fungimur, in hac parte approbavimus et 35
confirmavimus eosque per nos sic approbatos et confirmatos perpetuis futuris tempo-
ribus vicibus subsistere debere eadem auctoritate decrevimus, approbamus quoque,
confirmamus et decernimus per presentes.

Quo ad secundum vero articulum, quia comperimus ab antiquo laudabiliter intro-
ductum et observatum, quod archiepiscopus vel dominus ecclesie Treverensis de novo 40
creatus iurare consuevit tactis dextera pectoralibus fideles et subditos ecclesie in iusticia
necnon privilegiis et libertatibus ac bonis consuetudinibus suis permittere et confovere,
nos consuetudinem huiusmodi pro bono ecclesie et fidelium ac subditorum eiusdem
introducendam, prout hactenus observata extitit, eciam in futurum observandam fore et
observari debere dicta apostolica auctoritate declaramus, nec quidem opus erit, ut 45
super iuratis huiusmodi amplius quam hucusque fieri consuevit, littere tradantur
sigillate, cum verti non possit in dubium, quod in presencia plurimorum scabinorum,
notariorum aliorumque fidedignorum intenter et notorie fuerit [pract]icatum.

Preterea approbacionem et confirmacionem eorum, que prefati comites, nobiles,
vasalli, subditi, fideles, civitas et universitates opidorum et locorum eisque adheren- 50
cium predictorum pro honore sedis apostolice seu pace et utilitate bonoque [pacis]
ecclesie et patrie Treverensis predictarum ultra premissa sic per nos approbata dispo-
suerunt aut disposuerint et ordinaverint in futurum, nobis iuxta formam commissionis
apostolice prefate reservandas duximus et presentibus reservamus. — *Zeugen*: magister
Symon Welen⁵⁾, canonicus Brixinensis, Heinricus Soitern⁶⁾, *Rektor der Pfarrkirche in* 55
Fließ, und Petrus Ercklencz⁷⁾, Rektor der Pfarrkirche in Prutz, beide in der Brixner Diözese. —
Eigenhändige notarielle Ausfertigung mit Signet durch Laurencius Hamer⁸⁾ de Salburg, Kleriker
der Naumburger Diözese, von kaiserlicher Autorität öffentlicher Notar.

1) Nr. 5054 (1456 Dezember 16). Die Bulle ist im Folgenden inseriert.

2) Nr. 5091 (1457 Januar 5), ebenfalls im Folgenden inseriert.

3) Vgl. in diesem Zusammenhang Zahlungen für Boten und Gesandte in die Trierer Region; s.o. Nr. 5013, 5186, 5191.

4) *Nachweis der päpstlichen Provision und des Nichtvorhandenseins von Verpflichtungen gegenüber dem Kapitel*; s.o. Nr. 5054 Z. 14-23 (1456 Dezember 16).

5) *Simon von Wehlen, Neffe und Rentmeister des NvK. Zu seinem umstrittenen Anspruch auf ein Brixner Domkanonikat* s.o. Nr. 4819, 4975.

6) *Heinrich Soitern, Sekretär des NvK.*

7) *Peter von Erkelencz, Sekretär und Kämmerer des NvK.*

8) *Lorenz Hamer von Saalburg, Kanzleischreiber des NvK.*